



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 27. De mansis traditis in Haion in pago Tilithi, et de curtilis et silvis traditis in marea Sturmethi in pago Westfalon, item de tradito manso in villa Hundloun in pago Leri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
286 vsque
853 im-
perante
Hludo-
uico et

§. 27.

Tradidit haulfus in *baion* (Z.) duos mansos cum curtillis (a) et filuif et in *sturmitibi* (b) duas partes de manso testis liuthard *liudolf* (B) bernhard ragmold reindac eilger rainhard herding thiadgiff raduuard. tradidit helmold in *buntloun* (c) mansum unum testis rinkis eurmarm euir-dag adalhard.

§. 28.

Tradiderunt ado et odo pro anima ingeld quiddid habuerunt in uillis his nominibus *uuesterof* (d) *saltbeke* (e) *uualdeles* (f) *olua*

que ad hæc comitia *Bosonem* comitem, postea ab imperatore ad nostram Corbeiam missum, ut testis hic loci esset rerum illarum, quæ cum ducis *Ecberti* filio et cæsaris consanguineo ibidem agenda erant ac perficienda.

- De villa Haion. (Z) Villam *Haion* refert Saracho in Registro B. et P. A. C. ad pagum *Tilithi*. Incertum autem est, an intelligatur *Hagen* locus ad Wiseram in ducatu Hannouerano, an *Haion* vicus in Principatu Wolferbuttelano, olim in dominio Homburgico et sub inspectione Hallensi situs. Vterque locus non procul abest a monasterio *Keminadensi*, ad Wiseram posito, quondam vero ad pagum *Tilithi* relato. Postremum momentum diplomata comprobant. In utroque loco abbatia nostra possidet prædia ac bona haud vna.
- De vece curtis. (a) *Curtis*, *curtilis*, et *curtilum* vocabula sunt, medio ævo valde vsitata. *Curtis regia* nunc ponitur pro palatio regio; nunc autem pro prædio, ad regium fiscum pertinente, adhibetur. Quapropter *curtis dominicata* erat *ein Kayserlich Kammer-Gut*, vulgo dicta *ein Königs hof*. Erant præterea aliæ *curtes*, quæ cæsari non erant penitus propriæ. Atque hæc erant cum *curtes dominicales* seu principales, quæ alias *curtes* seu *curtila*, eaque siue vicina siue contigua comprehendebant, tum *curtes*, quæ erant prædia rustica siue *curtes minores*, implicatæ curti principali. Hanc distinctionem nostra diplomata admittunt. *Hajon* ergo, si vicus *Haion* intelligendus, id quod nobis videtur verisimillimum, *curtis* principalis fuisse videtur, olim dominis de *Vrencken* ab abbatia nostra in beneficium feudale data.
- De marca Sturmethi. (b) Saracho abbas in suo Registro intelligit *marcam Sturmethi*, quæ quondam erat in ducatu Westfalie siue in pago *Wessalon* inter *Gesekam*, *Lippstadtium*, et *Sufarum* oppida, atque *Eruete* curtem. Hæc marca non confundenda est cum pago *Sturmidt*, de quo agimus infra §. 166. Designari hoc loco *marcam Sturmethi*, patet omnino ex bonis, quæ in traditionibus nostris ecclesiæ Corbeiensi fuerunt donata, quæque in eadem *Sturmethi marca* erant sita. Accuratissime enim hæc bona concordant cum bonis, quæ ecclesiæ Corbeiensis in eadem marca vsque in hodiernum diem possidet, uti suo loco siue in *Clientela Corbeiensi* demonstrabimus.
- De Luidolfo. (B) *Luidolfum* fuisse germanum abbatis Corbeiensis *Warini*, infra demonstraturi sumus. Patre adhuc superstite, ipse nulla dignitatis nota insignitus, infra *comes* appellatur.
- De villa Hundloun. (c) *Hundloun* villa erat, Sarachone teste, conspicua in pago *Leri*. De hoc pago confer infra §. 35. Intelligitur hic *Hundlosen*, locus ad fluuium *Hunta* in præfectura *Wildeshausen* situs. Distinguendus autem hic locus est a curte dominicali *Huntlosen*, quam olim comites *Sutfenenfes* (*zurphen*) cum aliis bonis ab ecclesiæ Corbeiensi habebant, in beneficio seu feudo acceptam.
- De villa Westeros. (d) Villam *Westeros* appellat Saracho in Registro B. et P. A. C. *Westerhusen*, eamque cum villis *Saltbeke*, *Walderles*, atque *Olua* tribuit pago *Northburingi*. De pago *Northburingi* egimus supra §. 20. vbi, designari locum *Westerhusen*, ad *Albim* in ducatu Magdeburgico inter urbem *Magdeburgum* atque oppidum *Frofe* iacentem, monuimus.
- De villa Saltbeke. (e) *Saltbeke* in pago *Northburingi* vel *Saltza*, vicus non procul a *Frofa* oppido situs, videtur fuisse.
- De villa (f) *Waldisles* in *Northburingi* pago est probabilissime locus *Welsleben*, inter *Frofam* et *Saltzam*